



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

93 Iudex ecclesiasticus iudicis secularis negligentiam supplere potest &  
non contra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

89 Quia ꝑ aliàs allegata per ipsam in pluribus repugnant, cum jure divino, à quo sacerdotes habent privilegium fori, c. si imperator, 36. distinct. quod etiam habent de jure canonico, c. at si clerici, de jud. c. si deligenti de for. comp. & Covar. dict. c. 35. nu. 1. vers. primum etenim, & de jure civili, ut in authen. cassi, & ibi Bar. C. de sacr. sanct. Eccles. & Card. Baron. referens legem Honorij Imperat. in lib. Ann. Eccles. tom. 5. anna. 412 pag. 341.

90 Præcipue ꝑ enim in pluribus pugnant allegata per Covar. in dict. c. 35. cum conc. Tridentin. cap. 20. de reform. sess. 25. & cum Bull. Cœna Domini, in quam contravenientes incidunt, ex supra deductis, absolute Papæ duntaxat reservata, ut per Navar. dict. cap. 27. numer. 73. ver. ceterum. Leges regię nempè, 5. tit. 1. ordinat. & lib. 2. regulium Francia, & aliæ per Covar. allegatæ in eodem c. 35. ultra quod sunt leges particulares dictorum Regnorum, quæ non constituunt jus commune, sunt expressè contra dictam authen. cassi; quæ non solum habet locum per Italianam, ut videtur annuere textus, sed est generalis in toto mundo, ut post gloss. ibi in verb. per totum Bar. num. 2. & sic sunt nullæ, & contra verba concilii Trident. & dict. Bullæ in Cœna Domini, ut optime scripsit Azor. in 1. par. instit. moral. c. 12. vers. sed dubitari, lib. 5. Et licet verba textus Bull. de quibus supra, num. 83 & numer. 84. sint satis clara, etiam tamen comprobantur, & declarantur decisionibus Rotæ in Candelabro aureo nuper impressis, super explanatione ejusdem Bull. cas. 16. nu. 249. & num. 250. tenoris sequentis:

91 Anno 1595 Lunæ 10. Aprilis, ꝑ Oâcen. Pœnitentiariæ coram R. Blanchetto, nune:

S. R. E. Cardinali Domini dixerunt, sententiam absolutoriam ultimo loco latam in tribunali criminali ad favorem Pauli sustineri non posse.

Nam de jure communi, & ex Bulla in Cœna Domini recursus in causis ecclesiasticis ad iudices laicos est prohibitus, cap. noverit, & cap. grave, de sentent. excommuni. & dicta Bulla, §. 16. & committitur sacrilegium. Cajet. in sum. in vers. excommunicati, cap. 30. & sequi. nec excusari potest, ex traditis per Covar. pract. quest. cap. 35. numer. 3.

92 Nam, ꝑ etsi iudex ecclesiasticus male procedat, non potest iudex secularis, cujus est minor potestas, supplere negligentiam ecclesiastici, qui tum potestate, tum auctoritate ipso est major, ut declarant omnes doctores in cap. qualiter, & quando, de jud. videlicet. Ioann. Andreas, & Abb. antiqu. num. 1. Collect. in fin. Card. in fin. Anchar. num. 5. Butt. num. 8, Abb. nu. 7, Imol. n. 7, Barb. num. 23.

93 Sed ꝑ illius negligentiam ecclesiasticus supplet, & ex transmissa, c. licet, cum sequi. de for. comp. Superioritatem autem jurisdictionis probant, cap. solite, de major. & obedient. c. denique, 96. distinct. & clem. Romani, de jure jur.

94 Quæ, licet ꝑ de plano procedant, multo magis applicantur proposito casui, in quo Paulus habuit recursum ad iudices laicos non solum semel, sed pluries, ad effectum impediendi mandatum de manu tenendo ad favorem Hierosymi ritè, & rectè decretum, scilicet 19. Octobris 1587. & 18. Novembris, & 11. Decembris, eodem anno, de Mense Februarij 1589. etiam, postquam se obrulerat paratum obedire mandatis Cæsaraugust. Archiepiscopi.